Fragmentarium

credidit et tamen moventi filio
esse absentem deum putavit, sed domini
qui rogatur ut vadat quod non de-
sit ubi invitatur indicat. So-
lo iussu salutem reddidit quo
voluntate omnia creavit. L. ix.
Quamvis hoc est nobis sollerter in-
tuendum quod sicut euangelista
alio teste didicimus centuri-
o ad eum venit dicens. Domi-
ne puer meus iacet in domo
paraliticus et male torquetur.
Cui a Ihesu protinus respondetur.
Ego veniam et curabo eum. Quid
est quod reguli rogat ut ad eius
filium veniat et tamen ire corpora-
liter recusat; ad servi vero centuri-
onis non invitatur et tamen se cor-
poraliter pollicetur ire. Reguli filio
per corporalem presentiam non digna-
tur adesse, centurionis servo non
dignatur occurrere. Quid est
hoc nisi quod superbia nostra retun-
ditur qui in hominibus non natu-
ram qua ad ymaginem dei facti sunt
sed honores et divitias venera-
mur. Dominica xxii. L. vii. sec. Math.
In illo tempore. Dixit Ihesus disci-
pulis suis. Simile est regnum ce-
lorum homini regi qui voluit ra-
tionem ponere cum servis suis. Et reli.

Familiare est Syris et maxime Om.
palestinis. ad omnem Beati Jeronimi
sermonem suum parabolas presbiteri.
iungere ut quod preceptum simpliciter
teneri ab auditoribus non potest per simili-
tudinem exemplique teneatur. Precepit
itaque dominus Petro sub comparatione
regis et domini et servi qui debito-
rem decem milium talentorum a domino
rogans veniam impetraverat ut
ipse quoque dimittat conservis suis
minora peccantibus. Si enim ille
rex et dominus servo suo debitori de-
cem milia talentorum tam facile
dimisit quanto magis servus con-
servis suis debet minora dim-
mittere. L. viii.
Quod ut manifestius fiat di-
camus sub exemplo. Siquidem no-
strum commiserit adulterium, ho-
micidium, sacrilegium maiora cri-
mina decem milia talentorum rogan-
tibus dimittuntur si et ipsi dimi-
ttant minora peccantibus. Si au-
tem ob factam contumeliam sumus impla-
cabiles et propter amarum verbum
perpetes habemus discordias, non-
ne nobis videmur recte redigendi
in carcerem et sub exemplo operis
nostri hoc agere ut maiorum nobis
delictorum venia non relaxetur. Obla-

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 211, (seq. 4) – Lectionary
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-qrwi/1119/15811)